



Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Tertia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](#)

58 DE PERFECTIONE

2. Quam pulchra, excellens, utilis
& necessarià sit hæc virtus, expen-
dendo speciatim insignes quas adfert
utilitates.
3. Quantoperè virtus hæc placeat
Deo, quamque hominem illi gratum
& acceptum reddat.
4. Quibus exemplis ad hanc vir-
tutē Christus nobis præiuerit, qui-
bus etiam monitis & doctrinis ade-
am nos excitauerit.
5. Quam longè haec tenus à virtute
hac abs fuerim, de quo veniam à Deo
precabor.
6. Quid mihi deinceps agendum
sit, ut hanc virtutem asséqui valeam.

TERTIA.

Tertiò poterunt mente tractari o-
mnia & singula verba in votorum
seu professionis formula contenta,
quæ licet pro Ordinum varietate di-
uersa sit, ut plurimum tamen quinq;
hæc in se cōplete tur, nimicum. Quis
sit qui vœat. Quid vœat. Cui vo-
eat. In cuius præsentia vœat, &
preces

preces professionem antecedentes
& subsequentes.

1. Qui vouet: Ego N. creatura vilissima & prorsus indigna, quę compaream in cōspectu diuinæ præsentia: licet confisus de infinita Dei clemētia & bonitate, ac desiderio eidem seruiendi, gratumque obsequium præstandi impulsus, accedere præsumperim.

2. Quid voueat. Voueo. 1. Stabilitatem, id est, in finem usque perseverare, vivere ac mori in hac vocatione ad quam tibi me immeritum sola tua benignitate placuit vocare. 2. Conversionem morum meorum, id est, alius esse quam ante fui, cogitationes, affectiones, verba & actiones pristinas vniuersamque vitam meam reformare, & malos mores in melius deinceps commutare. 3. Obedientiam.

4. Paupertatem. 5. Castitatem. Quæ duo postrema nonnunquam sub obedientiæ voto comprehenduntur.

6. Regularum & constitutionum ordinis mei obseruantiam. Si foemina est quæ profitetur, pro 7. adjicit,

D 6 clau-

60 DE PERFECTIONE

clausuram. O quam magnæ & exi-
miæ sunt hæ promissiones, quam-
tunque meritorum ei cumulum pa-
rident, qui eas ritè seruauerit.

3. Cui vœeat? Deo. Si autem ei,
qui Regi aut Principi terreno, pro-
missione aliqua se obligauit, maxi-
moperè cauendum est ne fides eius
in promissis desideretur: multò ma-
gis ei qui Deo omnipotenti solen-
ni se voto obstrinxit, prouidendum
erit ne fidem suam deserat, & pro-
missorum exolutione, illius in se irā
concitet?

4. In cuius præsentia vœeat? O-
mnium cæli ciuium, Beatissimæ vi-
delicet Mariae Virginis Dei genitri-
cis, Angelorum & sanctorum omni-
um: Sancti N.N. primi ordinis Insti-
tutoris, aliorumque sanctorū eiusdē
Ordinis specialium Patronorū, qui
nominatim recensendi sunt, denique
Superioris mei, & omnium circum-
stantium.

5. In precibus, tum ipsius qui profi-
getur, tum Sacerdotis, qui professio-
nem

nem recipit, & aliorum assistentiū,
ipsæ orationes sunt considerandæ.

Quid agendum post professionem.

Facta professione, cauebit ne vn-
quam ex animo ipsius effluat me-
moria; primum beneficij quo à Deo
affectus est, dum ad talem statum vo-
catus fuit: deinde votorum quibus
Deo se obstrinxit, simulque diligen-
ter & sàpè considerabit, quanto pe-
rè obligatus sit dignè in hac vocati-
one ambulare, tam respectu benefi-
cij accepti, tam quoque respectu vo-
torum editorum.

Legimus in vitis SS. Patrum, Ab-
batem Paphnutiū singularis sancti-
moniæ virum, tria hæc memori sem-
per mente circumferre, & idem idem
voluere atque reuoluere cōsueuisse:
diem videlicet, quo sacrum Baptis-
ma suscepisset & Christianis legibus
imbutus fuisset, (nam antea Ethni-
cus fuerat:) diem quo religioni mo-
naстicæ nomen dedisset, in eaque vo-

D 7 sa